



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Margarita Evangelica**

**Essche, Nicolas van**

**Coloniae, 1545**

Qualiter in nobisipsis Deum agnoscemus. 8

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49323](#)

## L I B E R I.

tio suūpsius procedit. Deinde spiritale suū alpha  
betū addiscere perfecte atq; scire debet, q̄tenus  
videlicet agnoscat oēs vires & affectiōes suas,  
conscientiam suam & quinq; sensus suos exte-  
riores & interiores, quæ simul viginti quatuor  
literas constituunt, per quas omnia diuina ac spi-  
ritalia intelligunt. Et has literas nosse oportet &  
scire vbinā sint in homine, & ad quid factę sint,  
in quæ mala corruerint, & per quid reformādæ  
sint, & qualiter in rectitudine sua teneātur. Scho-  
la vero, in qua spiritale istud alphabetum addis-  
cendum est, ipse est animæ fundus, vbi cœlestis  
magister, æterna videlicet sapientia in intimis no-  
stris inhabitat, in quo omnes doctores scholas  
visitant, qui ab æterna sapientia instituunt. Nō  
enī possunt vere diuini doctores effici, nisi a spi-  
ritu Dei fuerint edocti. In hac schola ȳa ars Deo  
seruendi, & ipsum in spiritu & veritate adoran-  
di ediscitur, & q̄tidie nouæ quædā artes & inter-  
næ sciētiæ hie tradunt, adeo vt si quem mille an-  
nis superuiuere possibile foret, nouas hie semper  
veritates ille pcepturus esset. Et ob hoc longiore  
vitā appetere debemus, q̄tenus nobisip̄s perfe-  
cte mori possimus addiscere, et plene cognoscere  
q̄liter iuxta diuinę ȳitatis exigentia vñere tenea-  
mur: et sic absq; medio de vita p̄senti ad vitā æ-  
terna trāsibimus. Porro si nūc istud discere negle-  
xerimus, tādiu purgatoriū dirissima nos incēdia  
cōflagrabūt, donec istud funditus agnoscamus.  
Qualiter in nobisip̄s Deum agnoscere de-  
beamus.

Cap. VIII.

Vero saltē aliquā de Deo cognitiōem,  
prout tenemur, habere possimus, sciendū  
est Deū esse simplicē quandā essentiā, quę  
B. ij sciplam



## MARGARITAE EVANG.

Seipsam vniuit in essentia animæ nostræ. Est autem Deus trinus in personis, & vniuit seipsum in viribus supremis. Nos quoque fecit ad imaginem et similitudinem suam. Secundum simplicem animæ nostræ essentiam, Dei intra nos imaginem habemus; Secundum vero tres vires superiores, quæ promanant & originem trahunt ex illa simplici imagine, Dei intra nos similitudinem habemus. Per simplicitatem suam quietis cit ipse in nobis, & hoc per merita sanctissimæ humanitatis sue. Et secundum quod nos operamur, et strictius nosipso applicamus, atque convertemus ad Deum, secundum hoc operatur ipse perfectius in nobis similitudinem diuinitatis ac humanitatis sue, faciens nos esse per gratiam, quæ minime sumus per naturam, quatenus ipsum intuitus et exterius sequi valeamus eo modo, quo nos ipse præcessit. Et haec sunt deliciae atque gaudium domini Dei nostri in nobis, quod ipsi videlicet similes efficiuntur. Perfecta namque salus nostra in eo consistit, quod taliter in Christum transformamur, et in ipso permanemus:

Simplex quædam cognitio vel confessio sanctissimæ Trinitatis. Cap. IX.

**C**redimus autem in diuinitate tres esse personas, videlicet patrem & filium et spiritum sanctum: atque has tres personas unum esse verum Deum, continentem in se potentiam, sapientiam et bonitatem, que sunt tres inuisibiles vires (si tamē ita dicere fas est) videlicet potentia, qua omnia potuit: sapientia, qua cuncta disposuit auctoritate: et amor, qui ipsum ad omnia creata in citauit. Faciamus (ingt ipse) hominē ad imaginem